

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. II. Pilatus Christum mortis suppicio addicit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

homo temerarius, Crucifige, ait, Crucifige. Quidquid Deus imperet, quidquid veter, hoc mihi facere lubet. Nunc ego aliam non audio legem, nisi appetentia mea. Hanc sequor. Hoc profectò est Filium Dei rursum ad crucem postulare, rursum clamare Crucifigatur, denuò crucifigere. Quām autem hoc pauci, quām nemo mente seriè perpendit temeritate summa delinquimus. Vera penitentia supra modum rara.

§. II. Pilatus Christum mortis suppicio addicit.

Pilatus igitur in vitam necēmque Iudex Romanus, cùm nihil amplius effugii cerneret, in ipsam Innocentiam ausus est mortis fulmen vibrare. Itaque, quod Marcus ait, volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbas, & tradidit Iesum flagelis casum ut crucifigetur. Nam, quod Lucas dixit, adjudicavit fieri petitionem eorum, Je- Lact. 23. v. 14. & 25. SVM redi tradidit voluntati eorum. Hæc impiorum voluntas est, in nequitis esse concordes. Hebrei Pontifices, Scribæ, Pharisei, & ea sex hominum consensu maxi- Judæos invidia & odium, Pilatu timor humanus in necem Christo inferendam impulit. in mostem Christi conjurarunt. Quemadmodum vero Judæos invidia & odium, ita Pilatum timor humani in necem Christi inferendam impulit.

Sed ita orbis arbitri, en vivorum ac mortuorum iudex fatalem in se sententiam pronuntiari, rei capitatis se damnari permittebat, ipse interim, quod indubitate, se Patri similem in modum offerebat: Scis, ô mi Pater, quod tibi obedierim usque in stabulum ad pecudes, usque in Ægyptum ad barbaras gentes, usque in omnes civitates & vicos Judæz, quocumque me misisti, voluntati tuae parui. Nunc expectatum tempus adest, quo tibi usque in morrem, & usque in mortem crucis obediam. Paratissimus sum, mi Pater, nec aliud quām crux expecto. Hanc feram, quousque tua me voluntas ferre iussiterit; in eadem cruce libertissime moriar, quia sanctissimæ voluntati tuae ab omni aeternitate sic placitum fuit. Propter te, mi Pater, & Pilato, & omnibus ejus servis obediam. Ab hac obedientia & patientia non recedam, dum omnia de me prædicta & scripta ad extremum apicem complevero.

Adrichomius ex antiquis Annalibus optimâ fide descripsit his conceptissimis verbis proponit.

JESVM NAZARENVM SVBVERSOREM GENTIS, CONTEMPOREM CÆSARIS, ET FALSVM MES- SIAM (VT MAIORVM SVÆ GENTIS TESTIMO- NIO PROBATVM EST) DVCITE IN COMMUNIS SUPPLICII LOCVM, ET CVM LVDIBRIO RE- GLÆ MAIESTATIS, IN MEDIO DVORVM LA- TRONVM CRVCI AFFIGITE. I, LICTOR, EX- PEDI CRVCES.

Adrichomio item non intendo: Ego autem sententiam a Pilato pronuntiatam censeo his verbis:

JESVM NAZARENVM REGEM JUDÆORVM CRV- CIFIGI IVEBO.

Nam titulus crucis, præferti solitus cùm rei ducerentur, è sententiâ damnationis describatur. Atqui ista & ille hæc exactè convenient. Quā in re Pilatus in suam conscientiam turpissimè deliquit, sed humanus timor terribile spectrum, & Cæsaris gratia, inconstantem & meticolosum judicem ed prolaphionis rapuerunt, ut contra fas omne, illum ipsum, quem esse innocentem & agnoverit, & dixit, testitus insuper habere se poteſta- tem dimittendi, nihilominis ignominiosissimè mortis damnari.

Castissima Susanna jam mortis damnata, cùm duce- retur lapidum nimbo necanda, intercessit Daniel, & causâ lantius discussâ, jus novum dixit. Cùm Christus traheretur ad mortem, nullus adsuit patronorum,

Tom. II.

A igneum rhomphaeum nullus strinxit Angelorum, nemo ^{adversarius} ad judicem alium appellavit, nemo ^{scutum} cauſe, scutum crucis revocationem perit, nemo se in hujus ho- minis favorem movit. Innocens Naboth ejicitur urbe, ^{probarin} nec eum tueri potest innocentia. Eduxerunt eum extra ci- ^{hanc for- vitatem, & lapidis interfecerunt. Sicut autem Christus à mulam.}

Iudæis Præfidi Romano, à Præfide militibus est tradi- 3. Reg. c. 21.

tus, ita Deus enämnum probos, improborum volun- ver. 13.

tati tradit, cùm nec proprio quidem filio pepercere.

Sed hæc omnia licet acerbissima, quæ & filius Iesu Omnes est passus, & Iesu mater pertulit, ob unicam Patris Christi & aeterni voluntatem, fuerit acceptissima, & summa trans afflictiones quillitare animi tolerata. Hoe unicum: Ita Patri placet, ob aeterni ita vult Pater, tam filio quām matri rationum satis & Patris vo- caussarum fuit; quare illi omnia tam infanda patiens luctatem fuerunt ac- tissimè sustinuerint. Sunt qui dicant, Christus Domini capillime, Stans certè ac tacens se capite damnari patientissi- mè audiit. En orbis arbitri, en vivorum ac mortuorum judec fatalem in se sententiam pronuntiari, rei capitatis se damnari permittebat, ipse interim, quod indubitate, se Patri similem in modum offerebat: Scis, ô mi Pater, quod tibi obedierim usque in stabulum ad pecudes, usque in Ægyptum ad barbaras gentes, usque in omnes civitates & vicos Judæz, quocumque me misisti, voluntati tuae parui. Nunc expectatum tempus adest, quo tibi usque in morrem, & usque in mortem crucis obediam. Paratissimus sum, mi Pater, nec aliud quām crux expecto. Hanc feram, quousque tua me voluntas ferre iussiterit; in eadem cruce libertissime moriar, quia sanctissimæ voluntati tuae ab omni aeternitate sic placitum fuit. Propter te, mi Pater, & Pilato, & omnibus ejus servis obediam. Ab hac obedientia & patientia non recedam, dum omnia de me prædicta & scripta ad extremum apicem complevero.

O Jesu obediensissime, ô patientissime Iesu, huic regi in Patrem paratissimæ voluntati conjungo meam, omne Dei judicium in me factum a quo animo subi- turus. Hoc unum te supremo Iudex, per hanc ipsam in- nocentia tuae damnationem submississime rogo; cum Ecclesiæ ver. 1. No- veneris judicare, noli me condemnare. Tu quidem gressus meos dinumerabis, sed parce peccatis meis.

§. III. Pilatus manus populo infestante lavat.

Pilatus porro, sententiam licet tulerit, injustissimam, ut tamen dilueret culpam, accepta aqua lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine ju- Matt. c. 27. sti hujus; vos videbitis. Hic Præses Hebraum potius mo- vers. 24.

rem servavit quām Romanum, certè hoc didicit à Ju- dæis, qui divino iussu, quod Deuteronomium afferit, Deut. c. 21; innocentia testandæ manus laverunt, ut assererentur ab eis reatus sanguinis. Quo quidem ritu significabant,

se factæ cadi neiriquam confessisse. Pilatus coimonit

hujus imitator, omnes in justitiam lavandis manibus

D eluere cogitabat. O Pilate, cor inquinatum, cor lavan-

dum est, cor, non manus. Si vel milles manus laveris, manuum

Pilati in-

linguam ramen à conscientia tam fœde dissonam num-

justitiam quam purgabitis, cor tuum tam iniquè timidum, ejus no-

ra tam justitia refractum numquam mundabis, eti- to- elust.

tus in manus tuas oceanus defluat. Si laveris te nitro, & Hier. cap. 2.

multipli caveris tibi herbam borib, maculatus es in iniquita-

te tua. Nec sapo, nec lixivium hæc quidquam facit. Alio

lavacrum est opus. Rex Hebreus maculatam con-

Psf. 50. v. 9.

scientiam purgaturus, Aperges me, inquit, hyssopo, & mun-

dabor, lavabis me, & super nivem dealabor. Hyssopus pe-

nitentia, & suinet accusatio, sceleris commissa expiant, & suinet

Hæc illa caldaria cella, hoc vaporarium sudatorium hy-

pocaustum, hoc nymphæum illud & balnearium est, sceleris

quo noxa lavantur, aliás certè nec Jordane toto nec commissa

Nilo eluentæ. Si opus erit penitentiam, ait Ezechiel,

Ezech. c. 18. ab omnibus peccatis suis, qua operatus est, ruita rivet, & non ver. 21.

moriatur.